



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 10. Confundit Daud eos quivindictæ leges sectantur, Iob imitare:
coronate hoc libro, & equi collo circumda hinitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

VIII. Allegoria de virga Moyſi. Exod. 7. 12. Lib. 19 in Exo. 4. 21. R. V. F.

virtus: tam variis ritibus & ceterononis prout e-
 rant, radicibus infixæ in cordibus Gentilium, ex
 quo Gentium idololatria esse cepit, secundum
 diuersos Deos, quos vnaquæque natio sibi sta-
 tuerat adorandos. In huius rei confirmationem
 adducit id, quod Spiritus S. narrat de virga
 Moyſi, & hoc ipsum annotauit S. Prosper A-
 quitanus. Ingreditur Moyſes ex diuino præcep-
 to Ægyptum, conuenit Pharaonem; vt ei quod
 prætendebat, persuadeat. Proiecit virgam suam
 in terram, & ecce mutatur in serpentem, citat
 Pharaon magos suos, qui similiter virgas proiecé-
 runt in terram, quæ versæ sunt in colubros tam
 immanes, vt virgam Moyſi deuorare velle vide-
 rentur, sed contrarium accidit: nam deuorauit
 virga Aaron virgas eorum. Ita vt ne illarum qui-
 dem vllæ superessent reliquæ, Vocat illas, vir-
 gas: non quia virga essent, cum iam essent co-
 lubri (ait D. Aug.) sed quia virgæ fuerunt: eod-
 dem modo quo Ven. Sacramentum communiter
 vocatur panis: non quod sit panis, sed quia pa-
 nis fuit. Magnum arcanaum (ait Rupert. Mago-
 rum serpentes deuorari, qui Moyſi virgam deu-
 uorare debuerant. Deuorari ergo, & non deuora-
 re possunt, quæ deuoratrias esse videbantur.
 Assumunt Theodoret. & D. Prosper hoc ver-
 bum (deuorauit) quod significat eo modo Mago-
 rum virgas, à Moyſi virga deuoratas iam
 versas in serpentes, vt nihil earum superfuert;
 contritæ: comminuit: & planè omnino deuora-
 uit. Magnum hoc miraculum, sed aliud longè
 maius mysterium vult nobis Deus intimari. Vir-
 ga Moyſi legem signat Euangelicam, quæ vni-
 uersalis Pastor suas regit oculos: vertitur in
 serpentem, symbolum sapientiæ: hæc enim lex
 digesta est per ipsam Dei sapientiam Christum,
 & in se omnem Dei comprehendit sapientiam.
 Proiecta est in terram, per mundum prædicata:
 in hanc surrexerunt Magorum Ægypti virgæ,
 id est, sapientiam, totius mundi leges versæ in
 serpentes, sapientiâ terrenâ compositæ: hæc om-
 nes Euang. hanc virgam videbantur deuoratu-
 ræ, Deuoratrias esse videbantur.
 IX. Leges
 Euang.
 gelyi
 mundi
 sota
 euer-
 terunt
 Iſa. 55.
 1.
 O Domine, quis credat, pauperes piscatores,
 potentiam & mundi sapientiam deuoratos?
 Quis capiat, hos abiectos & indoctos sapien-
 tiam terræ, intellectum mentemque conuulsos
 vt eis persuadeant ab hominum opinionibus tam
 aliena? Cui vnaquam venit in mentem pauper-
 culos, ignaros terræ potentissimos eò aductu-
 ros, vt hominem quemdam adorarent crucifi-
 xum? *Quis credidit auditui nostro?* ait Iſaias.
 Verumtamen O Dei virga: in qua latet Dei

virtus: *Euangelium virtus Dei est in salutem
 omni credenti.* Proiecta est in terram, per or-
 bem prædicata, aggreditur Gentilium leges,
 ceremonias, ritus: oppugnat consuetudines,
 templa, festa, sacrificia; omnia hæc deuorauit:
 quia eo modo ea omnia perdidit, vt nihil eor-
 um reliqui superesset. *Vbi Sapiens? vbi Scriba? vbi
 conquisitor huius sæculi? nonne stultam fecit Deus
 sapientiam huius mundi?* Clamat Apostolus.
 Quo tot & tam varia euanescent idola? quo
 abierunt, tot statuæ, imagines Deorum Dea-
 rumque? Vbi modo templa, vbi ceremoniæ, v-
 bi aræ, vbi sacrificia, vbi Sacerdotes, vbi tot &
 tam diuersa festa? In fumum abierunt. Vbi fel-
 licissimi illi habitus, qui in Deorum cultum ma-
 iori sanguinem profinxerunt Deorum sacrilegas aras
 intinxerunt? Deuorauit eos legis Euangelicæ
 prædicatio, quæ descendit de monte Sion, vbi
 cœnaculum erat, in quo congregati residebant
 Apolloli, quo die super eos descendit Spiritus
 sanctus. Ex hoc illi prodierunt, ex hoc prodit
 Euangelij prædicatio, qua Christus per totum
 longè lateque mundum ab omnibus adoratur,
 deuorantur gentium idola, & eorum Christo
 contrariæ leges abrogantur.

§ 10. *Confundit David eos qui vindictæ leges
 sectantur, Iob imitare & cona te hoc libro,
 & equi collo circumda hinnitum.*

Considerat D. Greg. Nyssen. Frater D. Ba-
 silij magni quod non sustinens David ta-
 lem impudentiam, psalmum conposuit
 quinquagesimum septimum, tales reprehendens
 & conuincens: *Reprehendens in morem, clamas,
 & vociferatur.* Probat vero hoc, perpendens
 huius psalmi titulum, de quo postea Videtur
 Propheta Regius uos audite, vos, inquam, qui
 titulo Christianitatis gloriamini, qui hunc ho-
 noris gradum supremum ducitis, esse Christia-
 nos & quidem seniores: qui vobis arrogatis
 viuere in lege Christi, & cum vt Dominum ve-
 strum, legislatorem vestrum recognoscere, qui
 contradicentem confodereis. Audit vos David
 & querit. Adesto amice: Hoc quod ais, an ve-
 rum sit, an fallum? An hoc intus ita sentis, an
 verò solum ore tenus ita proloqueris? Iam per-
 cipio, quid mihi respondeas, me tibi hac inter-
 rogatione detrahere: cum certo certius sis, te
 hoc dicere corde, & ore, in re ueritate Sicine?
 Iudicare ergo & censuram dare debes huic con-
 forme, & correspondentem. *Et uerè uirque* Ps. 57. 5.
 S. 3. iustit.

Rom. 16.

1. Cor. 1. 29.

38. Tract. 2. in Ps. 15.

Ps. 57. 5.

Pf. 57. 1. *iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum.*
 Attende hoc verbum (*iustitia*) quod signat Christi-
 tum; sic enim à Prophetis intitulatur: a. *iustitia*
 Pf. 71. 7. *oritur.* b. *Propè feci iustitiam meam.* c. *Propè*
 Isa. 46. *est iustitia mea, ut reueletur.* d. *Factus est nobis à*
 13. *Deo sapientia & iustitia.* Etiam designat legem
 c. *Isai. 56.* *iusitiam, quam lex vetus dare non potuit, sic*
 14. *ex professo probat D. Paulus. Audio (ait) te dicen-*
 30. *tem: Deo gratias, qui me præ ludæis pro-*
mouit, habeo vnde queam gloriari magis ego
solus, quàm ceteri omnes: quia me veteris le-
gis iugo non subiecit, quæ subditos & onera-
bat, & fatigabat, nec tamen iustificabat. sed sua-
uissimum legis suæ Euangelicæ: mihi iugum im-
poluit. Hæc mea gloria, & hinc exulto hæc in
fide, hæc in lege me viuere subditum. Eia, inquit
Dauid, an hoc lyncerè dixeris? Vide, sis in teo con-
stantis, & sententiam feras his consentaneam. Di-
cito mihi, num ita facis? Hinc tuam conuincio
impudentiam, ex eo quòd non tantum ita non
iudicas, sed omninò oppositum. Etenim in cor-
de iniquitates operamini in terra, iniustitias ma-
nus vestra concinnant. Aduerbum illud (*etenim*)
 in Hebraico idem est ac (*attamen*) q. d. Sic est,
 quòd ore hoc loquaris, attamen video te contra-
 rium in corde sentire, & in manuum tuarum o-
 peribus, qui velut homo viuens in terra, non ali-
 ud tractas quàm de terra, in corde iniquitates
 operamini. Hoc manifestum facis odiis, rancori-
 bus, inimicitias, quas corde tuo foues iracundus,
 dum dicis: quomodo ego tale perferam verbum,
 quòd talis mihi improperauit? Quid ni eum
 persequar ob illatam mihi à blaterone iniuriam.
 Hæc, absolutè vocat iniquitates, quia sunt pecca-
 ta maioris notæ, quæ Reginam virtutum, nempe
 charitatem destruant. Perpende & hoc verbum
 (*concinant*) quòd D. Hier. transfert (*appendunt*)
 quòd significat in pondere librare: q. d. Appen-
 dunt manus vestrae in bilance, vt iniquitatibus
 suis & iniustitiis quærant obuoluerum.

Propouit sibi ob oculos Dauid, id quòd agis,
 quando te quispiam genuino dente momordit;
 statèram attollis: in vna bilance adest Christus,
 qui tibi præcipit: *Diligite inimicos vestros; bene-*
fatise his qui derunt vos, memento te esse Chri-
stianum, cuius honor sic ignoscere delinquenti,
 & ipse fateris, cum tibi supremum gradum æ-
 stimari honoris Christianum esse, Christianum
 in lege Euangelica viuere. In altera verò, lex
 est mundi, statutum duelli, quòd docet, macu-
 lam honori tuo adspergi, si eum incolumem di-
 mittas, qui te majedicè sua lingua vulcravit,

nec alapa ei respondeas, qui tibi dixerit: *mèu?*
 tiris; & acrioribus verbis lancinauit. Dic mihi
 ad quid manum mittis? quid eligis faciendum?
 an non manum mittis & eligis faciendam ini-
 quitatem? Non concludis te obligari, vt famo-
 tuæ couulsas? Et tu Christianus es? Tu, qui te
 Christi discipulum isctabas? Tu, cuius supre-
 mus nominis apex, erat lex Dei. Non es nisi
 Satanæ filius, cum eius sequares desideria, sicut
 Christus dixit: *vos ex patre diabolo estis, & deside-*
ria patris vestri vultis facere. 44.

Hæc coniunctio (*Et*) habet vim causalis. q. d.
 qui vexillum sequitur diaboli, & gloriatur ea
 facere: quæ inbet, filius est diaboli: Non (inquit
 Dauid) filij Dei, sed Adæ & Euxæ, patrum ter-
 renorum. *Filij hominum*, qui sicut illi, Dei ve-
 ritatem reliquistis, quam ipse ore proprio vo-
 bis prædicauit, & consilium inuitis, vt dæmonum
 mendacis fidem adhibeatis: quæ vobis falax
 mundus proponit. Fierine potest verbis vos glo-
 riaris de Christiana dignitate, & tamen vobis in-
 famiæ ducere, opera Christiani exercere? quis
 vidit vnquam tale? si verè dixeris, tibi decore
 esse & honori viuere sub lege Euangelica: sic
 etiam fer sententiam: *Si verè utique iustitiam lo-*
quimini, recta iudicate filij hominum. Ad eodè mo-
 do, qui dicis, qui fers sententiam te dedecere,
 iniuriam remittere, & patienter calumnias to-
 lerare: quomodo quis potest iudicare hoc ita
 esse, qui sole clarus dicit contrarium.

Hæc paucis verbis descripsit Iob, iuxta sen- 40
 tentiam D. Greg. licet arduis, & mysterio ple-
 nissimis. *Quis mihi tribuat adiutorem? ita legit Lib. 22.*
 D. Gregor. quòd nostra vulgata habet: *Audito. Mor. 178.*
rem ut desiderium meum audiat Omnipotens Quis & seq.
 mihi aliquem procurer intercessorem, qui me
 apud Deum adiuuet, vt petitionem concedat li-
 beralis. Quæ est ista tua petitio, & Iob? *Es librum*
scribat ipse qui iudicat. Vt ipse Deus mihi det
 librum scriptum, quasi firmam constitutionem
 seu legem eius, quòd teneat facere. Peruersè de
 rebus iudicat mundus: dicit bonum malum, &
 malum bonum: vtile nocium, & nocium
 vtile: quòd honorificum, ignominiosum, &
 ignominiosum, honorificum. O si Deus ipse iu-
 dex incorruptus, daret mihi librum, ordinatio-
 nem omnium, quæ secura possim sequi consci-
 entia: *Librum scribat ipse, qui iudicat.* Postulat
 (ait D. Gregor.) Dei aduentum in hunc mon-
 dum, qui det nobis librum illum pretiosum &
 tutum Sancti Evangelij. Quid faceres cum il-
 lo libro & Iob? Tria. Primum; *vt in huius*
meo portem illum. Secundum; *Circumdam quasi*
 coronam

coronam mihi. Tertium; Et per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Prodigiosa verba. Primum; Et in humero meo portabo illum; hoc tibi agendum est de lege Evangelica, in humero tuo porta illum, vive iuxta eius præscripta, & adimple illa, quæ tibi dixit ille, qui eam tibi præscripsit. Tollite iugum meum super vos. Lex est, cuius præcipuum caput prædicationis, est crux. Tollas crucem suam quotidie. Secundum; Legem hanc, quam humero tuo portasti quasi capitis tui fulgentissimam coronam circumdes, id est, hoc sit honor tuus, hoc sit gloria tua, hoc sit fama tua, dicere te Christianum, profiteri te velle vivere iuxta Christi Sanctum Evangelium. O Christiane, quid ad hæc: Optimè novi, te hoc ore proferte, verumtamen velim mihi hoc operibus tuis etiam dixeris. Quid ad hæc: an tibi hoc summo decori & famæ ducis opere implere quod tibi lex præscribit Evangelica? Respondeant ad hæc Monomachia & auctores, & sectatores: Circumdabo quasi coronam mihi. Nota pronomen mihi: qui de Christiano nomine mihi complacito, qui cognosco, & confiteor, quod Deus me per piissimam misericordiam suam fidei suæ luce illustravit, adduxitque in suam Ecclesiam.

Tandem per singulos gradus meos pronuntiabo illum. In cælum per multos gradus ascenditur, qui nobis insinuatur per multiplices illos gradus, quibus ascendebatur ad templum Salomonis, & per illos quibus ad thronum eius ascensus erat, ubi ex utraque parte leones adstant. Ut in cælum scandamus, multi sunt virtutum gradus, sed difficiles. Fides, spes, temperantia, ieiunium, disciplina, mortificatio, dilectio inimicorum, iniuriarum remissio, quorum graduum aliquos enumerat. D. Pet. Curam omnem subijcentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem. O Domine, quam difficiles sunt hi gradus, ad scandendum; adstant & levi leones, qui ascendentes terrorem incutiant. Diabolus suis terribilissimis, caro suis suspitionibus, clamoribus suis mundus. vna hinc mihi suggerit, quomodo hoc mihi faciendum cum sit contrarium sanctorum, aliter inde, ne feceris: obstat quieti tuæ: alij sicut alij cedit in tui honoris detrimentum. Ad hoc igitur (ait Iob) per singulos gradus scandens dicam: hoc mihi Deus sit ut ait faciendum, annuntio illum. An me Deus decipiet? An mihi pro bonis mala persuadet? An mihi rem pro-

ponet maximè gloriosam, quæ me nolet infamiam? An ei, quod Deus proprio mihi ore decernit, potest subesse malum, potest subesse damnum, subesse potest infamia? Tu iudica, num sit sufficiens responsio, tu ferto sententiam, nuna obiectionibus diaboli, mundi & carnis abundè satisfaciatur.

Videtur his verbis Iob alludere David in initio sui Psalterij: & licet ita sit, quod tot Philosophi noluerunt decernere; posse aliquem in hac vita veraciter absolute beatum, ipse tamen David beatum illum canonizat, qui liber vivit à peccatis, qui in his vitæ variis successibus omninò Dei insequitur legem, & hoc est, ait D. Ambrosius quod secundum versionem Aquila David his verbis intendebat. *Beatus vir, qui non abiit &c. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius resonabit die ac nocte.* Expedit D. Ambrosius hoc verbum: *Resonabit die ac nocte.* Hoc est in prosperis & adversis, in beneficiis quæ ab amicis recipit, & in iniuriis, quibus ab inimicis confiditur. Hic aptè concurrunt verba, quæ Deus locutus est Iob, & nervosè declarantur ad D. Greg. de equo generoso & nobili: cuius Deus collum adstringit, & proprio ceruicem alligat hinnitu. Numquid præbebis equo fortitudinem, & circumdabis collo eius hinnitum? De quibus vide.

S. II. Summo sibi Deo deputat honori, remittere iniurias, quem sancti imitantur.

His manibus & pedibus constringeris, si mentem tuam ad eos deflexeris, qui præ exteris in mundo ad summos honores sunt euecti. Rationem hanc prosequitur D. Chrysostomus nos quoque b. & oprime mundi iudicio conuenit. Inter duelli scriptas leges: vna legitur fundamentalis, ut quis sibi & honori suo plene dicat satisfactum, & omnibus pateat, cum tali contumeliâ sufficinet exoneratum, hoc illi strum Centurionum iudicio decidendum sinunt, seniorum & nobilium eorum qui iustè norunt ex utraque parte appendere & contumeliam & satisfactionem. Hoc igitur velim facias, & suppono rationem quandam. D. Greg. Nyss. Orat. de seu. P. conidit nobis auctor natura scilicet oculos de dor. & faciem, hæc enim minus præ exteris in nomine videmus, num malè, num bonè, num fani coloris, vel non, sine macula, vel fuligine. Speciosus. Ad hæc omnia constantur, specula: in quibus tum quis vult quisque dilucidè & distinctè faciem suam insuetur, si hoc bene conueniat, & illud, si color huic

Matt. 17. 23. Luc. 9. 23.

1. Pet. 1. 7.

D. AMBROSII IN 1. PSALM. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.